



Handwritten signature or scribble in dark ink on aged paper.



JOANNIS DE LAET


AMERICAE

UTRIUSQUE

DESCRIPTIO.

JOANNES DE LAET
AMERICAE
UTRIUSQUE
DESCRIPITIO.

BIBLIOTECA DO SENADO FEDERAL
Este volume a ha-se registrado
sob numero
do ano de



NOVVS ORBIS
seu
DESCRIPTIONIS
INDIAE OCCIDENTALIS
Libri XVIII.


Authore
IOANNE DE LAET ANTVERP.

*Novis Tabulis Geographicis et variis
Animantium, Plantarum Fructuumque
Iconibus illustrati.*

CVM PRIVILEGIO.



LVGD. BATAV. apud ELZEVIROS. A. 1633.





C A R O L O I.

M A G N Æ B R I T A N N I Æ,
F R A N C I Æ , atque H I B E R N I Æ

R E G I,

F I D E I D E F E N S O R I, &c.



Q Varta hujus universi pars, quam vulgo Americam vocamus, SERENISS. DOMINE, uti primum proavorum nostrorum ætate ab Europæis adiri cæpit, ita hæctenus minima sui parte, si Mediterranea spectes, fuit perlustrata; ea autem, quæ jam ab iisdem habitantur aut crebro adeuntur, ita perfunctorie & per partes, quædam etiam satis negligenter fuerunt descripta; ut crediderim me aliquid operæpretii, in hac parte universim & accuratius describenda, posse præstare; & , si non plenam, saltem plenioram, quam hæctenus visa fuerit, universæ Americæ geographicam descriptionem

nem exhibere. Hic labor noster non poterat sine
piaculo alium Patronum sibi asciscere, quam
T. M^{tem}, tum quia subditi Tui jam aliquot hujus
partes coloniis deductis occuparunt, quarum
indigenę coram universo Orbe grati agnoscunt,
se & ad urbaniores cultum, & ad Christianam
Religionem, quod longe maximum beneficium
est, jam traductos esse, & quotidie traduci; tum
quia hoc opus tantam lucem à subditorū T. M.
accuratissimis observationibus accepit, & tam
multa fortia ipsorum facta in eo commemoran-
tur. Patere ergo, SERENISS. DOMINE, novum
hoc, & uti speramus Christiano orbi non inutile
opus, sub Illustris. Majestatis Tuę Patrocinio
lucem aspicere; quod si impetravero, satis ma-
gnum me laborum præmium opinabor conse-
quutum, & alacrior sum futurus, quandiu vita
suppetet, ad Hanc atq; alias Orbis partes magis
magisque illustrandas. Quod superest, Deum
optimum maximum supplex veneror, ut T. M^{ti}
plures & bene fortunatos Vitę & Regni annos
largiatur, ad Nominis sui gloriam & verę Fidei
defensionem, atque adeo utriusque; per Barba-
rorum Provincias propagationem.

Tuę Maj^{tis}

Lugduni Batavorum. Nonis Martij
Anno cIo Io c xxxiii.

Humillimus cliens

JOANNES de LAET, Antwerp.



IN DESCRIPTIONEM INDIAE OCCIDENTALIS
CLARISSIMI VIRI JOHANNIS DE LAET,
REBUS EJVSDEM INDIAE PRAEFECTI.

Extremum primumque diem, qua surgit ab undis
Quaque fatigatis in mare fertur equis,
Emenso Batavi post tergum liquimus orbe,
Et quas Sol metas, navita noster habet.
Subsequitur, quacunque viam fecere carinae,
Et quantum nautae, mens sibi sumit iter.
Latius extremi positum sibi vindicat Indi,
Et curam terrae deficientis agit.
Par patriae cuius, par libertatis amore,
Hic quoque, quo patriam demereatur, habet.
Nec tantum distincta locis miracula reddit,
Quacunque in Batavos panda carina tulit:
Cedentis revocat finemque intercipit orbis,
Ulteriusque ipso nobile surgit opus.
Interior tanto jam stat Natura labore,
Et famae accessu continuatur humus:
Excipit exhaustum par mundo gloria mundum,
Quantus in immensa posteritate patet.
Qui varios terrarum habitus, tractusque, situsque,
Et descripta suo nomine regna legis,
Cum frutices, herbasque novas, ignotaque nobis
Nec quondam terris cognita monstra, legis;
Plus monstris quacunque legis, mirare docentem,
Per quem, ut nata domi, tam peregrina legis.

S E R I E S

T A B V L A R V M

Geographicarum.


- I. **A**mericæ sive Indiæ Occidentalis Tabula Generalis, huic paginae subjungenda, ante Præfat.
- II. Majores minoresque Insulæ, Hispaniola, Cuba, Lucaiæ & Caribes, ante paginam 1. sive lib. 1.
- III. Nova Francia & Regiones adjacentes, ante pag. 31. seu lib. II.
- IV. Nova Anglia, Novum Belgium & Virginia, ante pag. 63. seu lib. III.
- V. Florida & Regiones vicinæ, ante pag. 95. seu lib. IV.
- VI. Nova Hispania, Nova Galicia, Guatimala, ante pag. 221. seu lib. v.
- VII. Terra Firma, item Nuevo Reyno de Granada atque Popayan, ante pag. 347. sive lib. VIII.
- VIII. Peru, ante pag. 397. sive lib. x.
- IX. Chili, ante pag. 481. sive lib. XII.
- X. Provinciæ sitæ ad Fretum Magallanicum, itemque Fretum Le Maire, ante pag. 501. seu lib. XIII.
- XI. Paraguay ô Provinc. de Rio de la Plata cum adjacentibus Provinciis quas vocant Tucuman & S. Cruz de la Sierra, ante pag. 521. sive lib. XIV.
- XII. Provincia de Brasil cum adjacentibus Provinciis. ante pag. 541. lib. xv.
- XIII. Gujana sive Provinciæ intra Rio de las Amazonas atq; Rio de Yviapari seu Orenoq;, ante p. 625. l. XVII.
- XIV. Venezuela atque Occidentalis pars Novæ Andaluziæ, ante pag. 667. lib. XVIII.



GENERALIS
INTRODUCTIO

AD

Libros sequentes.



PROPOSITVM nobis hîc describere universam Indiam Occidentalem, quæ vulgo *America* dicitur, seu Quartam & longe maximam habitati orbis partem, à *Christophoro Columbo* Genevensi, auspiciis Catholicorum Regum *Ferdinandi & Isabellæ* primùm inventam & aditam anno c10 cccc xcii. licet ab *Americo Vesputio* nomen meruerit, qui aliquot annis tardius Continentem adnavigavit. Nihil dicemus hic de causis quæ Columbum moverunt ut hanc expeditionem susciperet, neque quomodo barbari incolæ, & unde, primùm in has regiones commigrarint, sicuti nec alia quæ huc spectant, quæ ab aliis & præsertim à *Josepho de Acosta*, diligenter fuerunt pertractata: sed tantum pauca præfabimur de universæ hujus partis limitibus, & cohærentia particularium provinciarum, & methodo, quam in illas describendo, sequuti sumus.

America itaque pene in latitudinem pertinet ab vno polo ad alterum; objectamq; habet ad Orientem quidem Europam atq; Africam; à quibus dividitur patentissimo oceano Germanico atq; Atlantico; nunc plurium, nunc pauciorum leucarum intervallo; Africæ tamen propior, quam Europæ; (ab Hesperidibus enim seu insulis de *Cabo Verde*, ut vocant, brevissimus ad Continentem illius creditur esse trajectus;) ad Occidentem autem Asiam & Terram Australem adhuc maxima sui parte incognitam; quanto freto ab Asia divisa sit, nondum satis est exploratum, quanquam communis opinio est, non nisi angusto, quod vulgo vocant *Anian*; verum non observavi hæctenus quemquam applicuisse ad hanc Continentem ultra promontorium Californiæ *Mendocinum*, quod adhuc longe à Continente Asiæ oportet abesse, si itinerum rationes bene subductæ fuerint.

Forma illius valde anomala est; nam primum ad Arctum latissimè se deducit; potissimum inter Insulam *Terram novam*, (quâ multum prominet versus Europam) & extremos *Californiæ* fines, (quibus ad Asiam accedit:) ab his veluti cornubus, sensim utrimque subducunt se illius oræ,

* *

donec

donec tandem juxta *Novæ Hispaniæ* portum quem vocant *S. Ioannem de Ullua* veluti in obtusum conum rursus pene coeant, (neque enim terra hic admodum lata est, si cætera spectes;) quumque hæcenus ab Arcto descenderit versus *Æquatore*m; hinc jam recta pene tendit versus ortum & properat tanquam vinculo quodam se connectere cum altera *Americæ* parte; id modo latius, modo angustius, in ipso nexu haud supra octo in latitudinem patet leucas, ita ut altera illa pars pene *Insula* videri possit.

Partem hanc alteram vocamus *Meridionalem*, quia longe maxima sui parte ab *Æquatore* divergit versus *Austrum*, sicuti prior illa tota pertendit ad *Arctum*, & propterea recte *Septentrionalis* dicitur.

Porrò *Meridionalis* hæc pars, pene triangularis est formæ, basi quidem latissimâ qua *Arcto* obvertitur, sed subductis utrimque lateribus, ad *Fretum Magallanicum* in obtusum conum desinens, ubi vix octuaginta aut nonaginta leucas lata est; nam quæ ultra hoc jacent terræ, tantum *insulas* esse, jam satis constat, licet majores nostri aliter crediderint.

Sicuti autem *Septentrionalis* illa pars versus *Europam* prominet *Insulâ* illâ quam diximus *Terra Nova*, ita *Meridionalis* hæc promontorio *Brasiliæ* celeberrimo, quod vocant *S. Augustini*, versus *Africam*. *Utraque* autem pars ab hisce extremitatibus suas itidem reducit oras, *Septentrionalis* quidem versus *Africum*, *Meridionalis* autem versus *corum*, donec ad *Novam Hispaniam* demum coeant; & recipiunt intermedio spacio longe plurimas *insulas*, quæ arcuato ductu, ab una parte pertendunt ad alteram, & ab *Oceano Septentrionali* dividunt veluti *Mediterraneum* quoddam *fretum*, quod in intimo recessu vocatur *Fretum Novæ Hispaniæ* vel etiam *Mexicanum*.

Quum ergo hæc partes ad hunc modum se haberent, non fuit nobis anxie de commoda methodo laborandum, qua in illis describendis uteremur. Consultissimum enim nobis visum *Insulas* illas, quas diximus, primum absolvere, quæ & primum inventę fuerunt & veluti ostium aperiunt ad præcipuas *Americæ* utriusque partes: Deinde utriusque partis provincias persequi ordine quo jacent. Itaque *Insularum* illarum descriptione primo libro absoluta; *Continentem* adii *Americæ Septentrionalis*, & partibus illis quę ad *polum Arcticum* vergunt, (utpote nondum satis cognitis, & nihil memorabile sortitis, præter *glaciem* & pene *perennes nives*), prætermisissis, descriptionem orsus sum ab *Insula Terra Nova*, & *Nova* ut vocant *Francia*, cui illa objacet; eæ *secundi nostri libri* argumentum fuerunt: atque ita *secundum oram* incessi, & *Libro Tertio* assignavi *Novam Angliam*, *Novum Belgium*, & *Virginiam*: *Quarto libro* prosecutus sum *Floridam*: Quæ nos deduxit ad *Novam Hispaniam* nobilissimam utique *Americæ* hujus *Septentrionalis* partem, quam (cum vicinis aliquot provinciis quæ ab *Hispanis* ipsi annectuntur, versus occasum quidem *Mechuacana*, versus *Arctum Panuco*; versus ortum *Tabasco* & *Tucatana* versus *Austrum Guaxaca* & aliis,) *libro quinto* diligentissime & copiose illustrare sum conatus: Atque hic nobis ab *oceano nostro* paulum discedendum fuit, ad provincias illas, quæ à tergo *Novæ Hispaniæ* & procul intra *Continentem* jacent,
nimirum

nimirum *Novam Galeciam; Novam Cantabriam; Californiam, Novam Albion,* & *Novam Mexicanam;* quas omnes libro sexto absolvimus. His absolutis reversus sum ad extremos Novæ Hispaniæ limites, jam ante descriptos, & septimo libro suscepi describendas provincias illas omnes quæ angustum illum terrarum tractum occupant, qui utramque Americæ partem connectit, quem quidem à nobilissima parte & conventus juridici sede *Guatemalam* denominavi; in eo tamen ordine suo describuntur provinciæ, *Chiapa* Mediterranea, *Soconusco* & *Suchitepec* ad mare Australe; *Verapaz* Mediterranea; *Guatemala* proprie dicta, *Yzalcos*, *San Salvador*, *San Miguel*, *Chuluteca* ad mare rursus Australe; *Hondura* ad mare Septentrionale, *Nicaragua*; *Costa Rica*, & *Veragua* ad utrumque. Atque ita pervenimus ad Isthmum; & libro octavo primum descripsimus *Panamensem* provinciam, quæ tum illum, tum aliquam partem utriusque Continentis occupat: huic adjunximus *Cartagenam* celeberrimum Hispanorum emporium & famosam Americæ Meridionalis ad mare Septentrionale provinciam; atque ita porro præfecturas alias duas *S. Martham* & *Rio de la Hacha* ad idem mare fitas.

Atque hic nonnihil hæsitavi, dubius an oras hujus partis porro proficerer versus orientem, & per *Fretum Magallanicum* me referrem ad eundem Isthmum quem jam absolveram; verum tandem consultius visum ad mare Australe accedere & progredi versus Austrum, atque ita per *Fretum Magallanicum* vastissimo ambitu regredi ad *Rio de la Hacha*.

Nono itaque libro penetravi intra Continentem & perlustrato *Novo Regno Granatensi*, quod utrumque mare nusquam attingit, per *Popajanam* reversus sum ad *Mare Pacificum*, à quo post Panamensem provinciam explicatam recesseram. Hinc porro descripsi *Peruviam* universam, quæ longissimo terrarum spacio illi mari adjacet, libris duobus decimo & undecimo. Atque ita deinceps *Chilen* libro duodecimo: *Magallanicam* decimo tertio; cujus nobilissimum Fretum me reduxit in Oceanum Atlanticum, & oræ quæ ortum aspiciunt, deduxerunt ad vastum æstuarium Magni Fluminis *de la Plata*. Decimo quarto subiens memorabile illud flumen, Provinciam omnem, quæ ab illo nomen meruit, perlustravi, & illi ad occasum vicinam *Tucumanam*, usque ad extremos Peruviæ atque Chiles fines; neque enim alio loco Continens Americæ Meridionalis ab uno mari ad alterum hæctenus penetratur. Oræque hujus Provinciæ secundum mare Atlanticum lectâ, promovi ad *Brasiliam*, quam Portugalli incolunt; (cætera enim sibi vindicant Castellani:) Hanc duobus quoque libris decimo quinto & sexto obivimus, & descriptionem nostram produximus ad famosissimum *Amazonum* flumen; quod decimo septimo libro illustravimus, & post illud cætera flumina, & oram fere, (nam interiora maximam partem incognita sunt) atque inter ea maxime nobile flumen *Orenoquen*. Decimo octavo denique & ultimo *Cumanam* quidem radentes, *Venezuelam* autem ingredienti, ambitum nostrum absolvimus. Atq; hæc quidem de Methodo nostra in universum; quid autem in singulis libris explicuerimus, ex Indice quem statim subjiciam melius elucescet.

Quantum autem præ aliis, qui hanc operam ante nos susceperunt præstiterimus, aliorum iudicium erit, qui facile animadvertent quantum laboris à nobis hic fuerit exhaustum, & quantopere nobis annitendum fuerit, ut in tanta scriptorum varietate atque adeo diversitate, veritatem elicere-
mus: Quam tamen non ausim promittere me in singulis adhuc plene assequutum; quomodo enim possem; quum plurimæ hujus Continentis partes, tantum ab uno aliquo, neque satis diligenter, invenerim descriptas; in iis autem, quæ jam ab aliquot annis à variis nationibus, præsertim Gallis, Anglis & nostris fuerunt accuratius lustratæ atque descriptæ, proclivius fuit veritatem eruere: quorum sane observationes diligenter contuli cum iis quæ superiori seculo ab Hispanis fuerant tradita, & iudicio usus, quæ vera, aut saltem vero quam simillima videbantur, Lectores minime celavi, ita tamen ut ne aliorum quidem iudicia prætermitterem, & suum nicuique iudicium relinquerem.

Licet autem jam à multis annis ingens controversia fuerit inter Hispanum, & alios Europæ nostræ Principes, de dominio & proprietate harum Terrarum; Hispano ex donatione Pontificis Romani universam hanc Americam sibi vindicante, aliis contra obnitentibus & hanc vel illam partem sibi adscribentibus atque occupantibus: non putavi tamen aut instituti mei aut officii esse, ullum arbitrium mihi inter partes assumere, sed simpliciter & bona fide commemorare, quid à singulis nationibus, in singulis partibus gestum fuerit; de jure disceptabunt ipsæ: Quanquam fatear mihi maxime semper probatam fuisse Serenissimæ *Elizabethæ* Anglorum Reginae sententiam; quæ, quum Hispaniarum Rex *Philippus* Secundus per Legatum suum *Bernardinum Mendozam*, apud ipsam magna contentione urgeret, universam Americam quaqua patet suum peculium esse, & inique fecisse Anglos quod nonnullas Americæ partes adnavigassent ipso invito; respondit (uti apud *Camdenum* in Reginae hujus vita legimus ad annum *1571*) non intelligere se, cur sui aut aliorum Principum subditi ab Indiis prohiberentur, quas Hispanici juris esse sibi persuadere non posset, ex Romani Pontificis donatione, in quo prærogativam in ejusmodi causis agnoscat nullam, nedum auctoritatem ut Principes obligaret, qui nullam ei obedientiam debent, aut Hispanum novo illo orbe veluti infeudaret & possessione investiret. Nec alio quoquam jure, quam quod Hispani hic illic appulerint, casulas posuerint, flumen aut promontorium denominaverint, quæ proprietatem acquirere non possunt. Ut hæc rei alienæ donatio quæ ex jure nihili est & imaginaria proprietas obstare non debeat, quo minus cæteri Principes commercia in illis regionibus exercent, & colonias ubi Hispani non incolunt, jure gentium nequaquam violato deducant, quum præscriptio sine possessione non valeat; necnon Oceanum illum vastum navigent, quum maris & aëris usus omnibus sit communis. Nec jus in Oceanum populo aut privato cuiquam possit competere, quum nec natura nec usus publici ratio, occupationem permittat.

Operæ pretium vero fuerit, hic obiter attexere, quo jure Hispaniarum
Rex,

Rex universas has terras sibi soli nisi fuerit vindicare, in quem finem hic produca ex ejusdem Regis Historiographo Antonio de Herrera, quo pacto Hispani veros terrarum illarum dominos fuerint allocuti, & occasionem ceperint eos evertendi, & tot myriadas miserorum barbarorum excindendi.

Ego N. N. minister summorum & potentissimorum Regum Castellæ & Legionis, barbararum gentium domitorum, eorundem Legatus & Capitaneus, notum vobis facio, quibus possum modis, unum & æternum Deum, Dominum nostrum creavisse Cælum & Terram, item marem & fœminam, è quibus nos juxta atque vos, atq; adeo omnes homines nati sunt, & porro nascentur; præ multitudine autem hominum qui jam quinque millibus & aliquanto pluribus annis, propagati fuerunt, necessarium fuit, ut alii hic, alii alibi sedes fortirentur, & in varias provincias & regna dividerentur, quia impossibile erat una regione omnes contineri. Harum omnium nationum & populorum Deus curam & sollicitudinem habere voluit unum virum, qui dicitur Petrus, ita ut dominus & supremus arbiter esset omnium & singulorum hominum hujus Universi, ut ipsis imperaret, & veluti caput esset universi generis humani, ubicunq; tandem degerent, & quamcunque legem, fidem aut sectam sequerentur: mancipavitque illi universum orbem; & licet ipsi mandaret thronum suum figere Romæ, loco oportunissimo ad orbem gubernandum, tamen liberum ipsi reliquit in alia quavis orbis parte illum stabilire, ad judicandum & regendum populos, Christianos, Mahumetanos, Judæos, Gentiles, & cujuscunque tandem fidei aut superstitionis. Hic dicebatur Papa, id est, admirabilis Primas, Pater & defensor, quia Pater est & Pastor omnium hominum. Huic Sancto Patri obediverunt, & ultro subjecerunt se uti supremo Domino, Reges & Principes omnes universi Orbis qui illius ætate vivebant, & post illum, omnibus qui proveci fuerunt ad Papalem dignitatem, singuli suis ætatibus, usque ad hodiernum diem, & porro sunt facturi usque ad finem. Unus horum supremorum Sacerdotum, ut Dominus orbis, donavit has insulas & continentem in & ad Oceanum sitas, Catholicis Regibus Castellæ & Legionis, qui tum erant Ferdinandus & Isabella laudatissimæ memoriæ, & ipsorum hæredibus Dominis nostris, cum omnibus quæ continent; quemadmodum plenius continetur in diplomate descripto, quod vobis licet inspicere, si libet: ita ut S. M^{tas} Rex sit & Dominus harum Insularum & Continentis ex virtute hujus donationis: & aliquot Insulæ, & fere omnes, ad quas hujus donationis fama pervenit, M^{tem} S. jam pro Rege & Domino agnoverunt, paruerunt & serviverunt illi; hodieque obediunt & serviunt, ut subditos decet, spontaneâ obedientiâ & sine constrictione aut repugnantia: quin etiam post illa sine mora, præcedentia edocti, aurem præbuerunt, & paruerunt Religiosis, quos ad illos miserat, ut ab ipsis fidem nostram edocerentur, & quicunque libera voluntate, incoacti, sine muneribus, aut aliis conditionibus Christianam fidem amplexi sunt & servant, eos M. S. clementer & gratanter suscepit, & voluit, ut haud secus quam alii ipsius subditi haberentur & tractarentur: tenemini ergo & vos eodem modo facere. Obsecro itaque,

& quibus possum modis contendo, ut animum advertatis ad ea quæ dixi, utque melius percipiat, idoneam vobis temporis moram, uti par est, sumatis ad consultandum, & ut Sanctam Ecclesiam agnoscatis Heram & Dominam universi orbis, & summum Sacerdotem, qui dicitur Papa, ipsius nomine, atque M. S. illius loco in supremum Dominum & Regem Insularum & Continentis, ex virtute dictæ donationis; & permittatis Religiosos hosce patres prædicta plenius vobis explicare. Si ita feceritis, bene utique vobis consuletis, & præstabitis M. S. quod ipsi debetis obsequium: Ego autem ipsius nomine, omni benevolentia vos complectar, & relinquam vobis uxores & liberos, neque ulli servituti vos mancipabo, ita ut vobis integrum sit statuere de illis pro libitu, quemadmodum & plerique insulares fecerunt: Majest. Sua prætereà vobis liberaliter impartietur plurimas immunitates, & mercedes. Sin vero contra feceritis, aut mala fide moras nectatis, denuntiatio vobis, me, Deo auxiliante, cum copiis terras vestras ingressurum, & bello vos undiquaque & omnibus modis infestaturum, & sub jugum & obsequium Ecclesiæ & M. S. coacturum, uxores vestras & liberos abducturum & mancipaturum, venditurum, & porro ita cum illis acturum uti M. S. imperabit: Eripiam vobis bona vestra, & multabo quantiscunque potero calamitatibus, uti vasallos, qui detrectant Dominum suum agnoscere, eique parere, verum ipsi obloquuntur atque resistunt. Et protestor, homicidia & damna quæ sequutura sunt, vestræ culpæ imputatum iri, & nequaquam M. S. aut hisce fortibus viris qui me sequuti sunt. Et requiro, ut præsens Nōtarius sigillatas literas mihi tradat, ad fidem faciendam, me hæc omnia vobis significasse & rogasse. Hactenus ex Herrera.

Porro ut ad institutum meum revertar, præter accuratam geographicam & hydrographicam harum regionum descriptionem, quam potissimum mihi proposueram; publicæ utilitatis interesse existimavi, etiam alia quædam adjungere; qualia sunt indigenarum mores & instituta; Regnorum quorundam origines, & Principum Series; maxime autem Animalium, Arborum, Herbarum, Frugum & Fructuum icones & descriptiones. Icones quidem, partim ab aliis, & potissimum à Clar. V. Carolo Clusio, accepimus; partim (& quidem non paucas) ipsi ad vivum depingi, & ab accuratissimo artifice tabellis exprimi fecimus, ut non dubitemus singularem voluptatem & utilitatem Lectoribus allaturas. Descriptiones autem ex probatissimis quibusque authoribus sumpsimus, in quibus multa deprehendet Lector, Latinis auribus hactenus inaudita.

Quod superest, obtestor omnes, ne, (quæ nostri ævi labes est & prava consuetudo) si usquam aberravero, uti humanum est errare, odiose errata traducant aut vellicent, sed humaniter admoneant, & doceant meliora; paratus enim sum futurus recte monentes sequi, & quæ aut perperam exciderunt, aut in quibus ab aliis falsus sum, corrigere.

Ut autem fidem meam liberem, & gratum me præstem iis, à quibus ea, quæ sparsim in hisce libris continentur, accepi; Authorum nomina, quorum laboribus adjutum me fuisse lubens agnosco, hic subjicio.

Primera Parte de la Chronica del Peru; Hecha por Pedro de Cieca de Leon.
Descripcion de las Indias occidentales por Antonio de Herrera.
Historia general de los Hechos de los Castellanos en las Islas y Terra Firme del mar Oceano, escrita por Antonio de Herrera.
Historia del descubriemento y conquista de la provincia de Peru, &c. Augustin de Zarate.
Diego Fernandez Historia del Peru.
Historia natural y moral de las Indias por el Padre Joseph de Acosta.
Relacam Annal das cousas que fezeram os Padres da Companhia de Jesus nas partes da India oriental & no Brasil, &c.
Conquista de las Moluccas por Leonardo de Argenfola.
Argentina por Martin del Barco.
Araucana de Don Alonzo de Ercilla y Cuniga.
Primera Parte de los Commentarios Reales que tratan del origen de los Yncas, Reyes que fueron del Peru, &c. Escritos por el Ynca Garcilasso de la Vega, natural del Cuzco y Capitan de su Magestad.
Viage del mundo Hecho y compuesto por el Licenciado Petro ordonnez de ceuallos, natural de la insigne ciudad de Iaen.
Delle Navigazioni & Viaggi raccolte da M. Gio Battista Ramusio Volume terzo, nel quale si contiene le Navigazioni al Mundo Nuovo.
Iarriçi Thesaurus rerum Indicarum.
Decades Oceanica Petri Martyris.
Descriptionis Ptolemaica augmentum Cornelii VVytfliet.
I.a Historia de las Indias por Francisco Lopez de Gomara Clerigo.
Popilliniere des trois Mondes.
Theuet France Antartique.
Histoire de Brasil par lean Lery.
Les voyages du Sieur Champlain.
Histoire de la Nouvelle France par Marc Lescarbot.
Histoire de la mission des Peres Capuchins en l'Isle de Maragnan & terres circonvoisines, par le R. P. Claude d'Abbeville.
Traicté de la Navigation & des voyages de decouverte & conquête modernes, & principalement des Francois. par Bergeron.
Tertium volumen itinerum & navigationum Anglica nationis per M. Richardum Hackluytium. Anglicè.
Samuelis Purchasii laboriosum opus, continens plurima itineraria Anglorum & aliarum nationum. Anglicè.
Virginiae descriptio per Joannem Smithum. Anglicè.
Novae Angliae descriptio per eundem Smithum. Anglicè.
Relatio eorum quae ab Anglis gesta sunt in Nova Anglia. Anglicè.
Richardi VVhitbournii Angli commentarius de Terra Nova. Anglicè.
Guianae descriptio per Robertum Harcourtium. Anglicè.
Relationes Anglorum de Bermudis insulis. Anglicè.
Hugonis Linschotani brevis descriptio Americae.
Laurentii Bickeri navigatio ad flumen de la Plata. Belgicè.

*Itinerarium Admiralii Mahu per fretum Magallanicum, per Bernardum Iansoni-
um Chirurgum. Belgicè.*

Itinerarium Olverii de Noord. Belgicè.

Itinerarium Spilbergii per fretum Magallanicum. Belgicè.

*Itinerarium Lemairii & Wilhelmi Schouteni per novum fretum Lemarium.
Belgicè.*

Itinerarium Classis Nassavicae Duce L'Hermita. Belgicè.

*Roteiros de Portugal pera o Brasil, Rio de la Plata, Indias de Portugal & Castella,
Compostos por Manoel de Figueredo.*

Theodori Reuteri Belgæ, Fax navigationum. Belgicè.

*Caroli Clusii Atrebatensis Exoticorum libri decem: cum Garzia ab Horto & Christo-
phoro à Costa.*

*Quatro libros de la Naturaleza y Virtudes de las plantas y animales que estan
recevidos en el uso de Medicina en la Nueva España, por Fr. Francisco
Ximenez: En Mexico.*

Atque hi fere sunt libri omnes impressi, quos consulimus; usi sumus præterea plurimis itinerariis, & relationibus manuscriptis diversarum nationum, præcipue autem Belgarum nostrorum, qui posterioribus hisce annis, varias partes utriusque Americæ adierunt, auspiciis potissimum Societatis Indicæ Occidentalis; quorum accuratas observationes inter se contuli, & ea quæ magno consensu produnt, sequens, multa utiliter correxi, in quibus ab Hispanis & aliis fuerat aberratum.

Observavi quoque Authores qui ante me scripserunt, atque inter eos Antonium de Herrera, diligentissimum alioquin scriptorem, interdum aliter atque aliter, & nonnunquam diversa de una atque eadem provincia aut re scripsisse; quod difficulter in magnis operibus & tanta Scriptorum copia vitari potest: licet autem studiosè caverim, ne in eundem lapidem impingerem, tamen vereor, ne alicubi haud satis attento, & gravibus negotiis nonnunquam impedito, simile quid acciderit; quare eandem veniam, quam aliis dedi, vicissim ab æquis Lectoribus flagito.

Denique dum libri hi imprimerentur, aut jam bonam partem absoluti essent, pauca inveni à nostris atque aliis naucleris observata, in quibus à me fuit erratum; quæ corrigenda erunt: pauca itidem omissa, quæ addenda: ut autem utrumque compendiosius & utilius à Lectore fieret; corrigenda aut addenda in sequentem Indicem capitum quæ singulis libris continentur, conjeci, ut statim in oculos possent incurrere, & singula facilius ad sua loca referri.

INDEX CAPITVM

Quæ singulis Libris continentur.



Liber Primus, De Insulis Oceanicis.

- CAP. I. **I**nsula S. Ioannis situs, magnitudo, cæli solique qualitates.
 II. Vrbes Hispanorum in hac Insula, quarum Metropolis Porto Rico.
 III. Portus & ora maritima Insule S. Joannis: & de Mona.
 IV. Insula HISPANIOLÆ situs, magnitudo, animalia, fructus, &c.
 V. Provincia & flumina hujus Insule præcipua.
 IV. Oppida olim Hispanis habitata; metropolis S. Domingo.
 VII. Reliqua hujus Insule oppida hodieque Hispanis habitata.
 VIII. Descriptio oræ maritimæ, sinuum, promonteriorum, portuum Insule Hispaniola.
 IX. CVBÆ Insule situs, cæli solique qualitates, arbores, animalia.
 X. Provincia hujus Insule atque præcipui amnes.
 XI. Oppida quæ hodie ab Hispanis in hac insula habitantur.
 XII. Habana principale hujus Insule oppidum & portus.
 XIII. Portus & ora maritima Insule Cubæ, quæ Austrum adspicit.
 XIV. Ora maritima & portus Insule Cubæ, quæ septentriones respicit.
 XV. JAMAICÆ Insule situs, urbes, littora, portus, alia.
 XVI. LVCAIARVM Insularum situs & qualitates.

Amana vel Amaguana: manifestus error est, quem ferius è nostrorum observationibus animadvertimus, sunt enim duæ insulæ diversæ, itaque corrige.

Amana est insula omnium Lucayarum maxime aquilonaris, adhærens vadis insularum Caycos versus ortum, viginti & duobus gradibus & aliquot scrupulis ab Æquatore versus Arctum, undique scopulis septa, ita ut vix scaphæ ad illam pateat aditus; modice edita versus ortum, & in varias partes secta versus occidentem ubi ingenti vado tegitur: ad ortum altissimo oceano pulsatur: vix quicquam viride sortita, sed tota aspera, & inamæna, infæcundaque.

Amaguana distat à Caycos versus Corum undecim aut duodecim milliariibus (forte eadem cum Managua, nam hanc in Tabulis non inuenio, & illa fere Maiaguana hodie appellatur à plerisque) ab Æquatore duobus & viginti gradibus & alibi viginti alibi quadraginta scrupulis: patet in longitudinem inter ortum & occasum septem aut octo milliaria, vix usquam in latitudinem plus quam tria: multis cautibus obsita & difficilis aditu; solum quod Arctum aspicit depressum & virenti fruticeto obsitum, quod suavem odorem de se fundit, ceterum saxosum & impatiens culturæ: nullæ potabiles limphæ à nostris in illa inventæ, sed stagna quædam subamara; plurimos tamen alit cuniculos, quales passim reperiuntur in Americæ meridionalis continenti.

Curateo distat ab Æquatore (ut nostri nuper observarunt) sex & viginti grad. & sex scrupulis. Capit in ambitu circiter undecim aut duodecim milliaria: stationem habet non incommodam haud longe ab angulo illius qui Eurum adspicit: licet insula sit saxoso solo, tamen alit procerissimas pinus, & alias arbores; etiam Ebeni spurium genus. abundat volucris, & limphis potari idoneis: mareque ambiens valde est piscosum.

Mimbres insulam (vel scopulum) inveni à nostris Belgis observatam ad altitudinem sex & viginti graduum & triginta scrupulorum versus Arctum.

- XVII. CANIBALVM Insularum situs & qualitates.
 XVIII. Reliquæ Canibales Insulæ, earum situs & qualitates.
 XIX. BERMUDEZ insularum situs, cæli solique qualitates.
 XX. Colonia Anglorum in Insulis Bermudez.

Liber Secundus, NOVA FRANCIA.

- CAP. I. **T**ERRÆ NOVÆ Insulae situs, cæli solique qualitates, animantes.
- II. Incole Terræ Novæ, eorum habitus & mores.
- III. Portus & stationes hujus Insulae; oraque omnis maritima.
- IV. Magni Banci, ut vulgo vocatur, qui Terræ Novæ prætenditur, & Insula de Sable descriptio.
- V. Insulae BRITONVM situs, cæli solique qualitates, Indigena.
- VI. Minores aliquot insulae per fretum S. Laurentii sparsæ.
- VII. Insula Naticotec, hodie Assumcion vel Ascension, & fluvius Chesedec, aliq, amnes.
- VIII. Portus Tadoufac & flumen Saguenay.
- IX. Magnum flumen Canadense; regionum itidem adjacentium designatio usque ad Quebecq.
- X. Interiora fluminis Canadensis, & de urbe Hochelaga à Jacobo Quarterio quondam visa & descripta.
- XI. Descriptio magni Fluminis Canadensis circa Quebecq & supra, secundum observationes recentiorum.
- XII. Barbarorum qui has Novæ Franciæ regiones incolunt, habitus, mores, religio, idioma.
- XIII. De Attigovantanorum moribus & institutis è Champlany commentario.
- XIV. Novæ Franciæ partes quæ Austrum respiciunt, quas Galli CADIE sive ACADIE vocant.
- XV. Descriptio oræ Accadiæ quæ ad Aquilonem deflectit & de Portu Regali.
- XVI. Sorriquosiorum, qui hic incolunt, mores, instituta, idioma.
- XVII. Continens Novæ Franciæ usque ad Flumen Pemtegoüet.
- XVIII. De Flumine Pemtegoüet, quod multi Norumbeguam opinantur; veterum errores notati.
- XIX. Flumen Chovacoët, habitus & mores Almouchiquosiorum.
- XX. Colonia Gallorum ad magnum Flumen Canadense.
- XXI. Colonia Gallorum in Australem Novæ Franciæ partem deducta.
- XXII. Narratio eorum quæ à Gallis in septentrionalibus Novæ Franciæ regionibus gesta sunt.
- XXIII. De NOVA SCOTIA è Diplomate Regis Magnæ Britannia, Wilhelmo Alexandro Equiti indulto.

Liber Tertius, VIRGINIA.

- CAP. I. **N**avigatio Joannis Verazzani ad Continentem America Septentrionalis.
- II. Descriptio Continentis America Septentrionalis quæ hodie NOVA ANGLIA dicitur, è commentario Joannis Smithi.
- III. Particularior ejusdem Continentis descriptio ex eodem.
- IV. Res ab Anglis in hisce partibus gesta ab anno cIo Iocvi.
- V. Novæ Angliæ cæli solique qualitates; ex commentariis anno cIo Iocxxii ab ipsa Societate editis.
- VI. Nova Pleymotha, Colonia ab Anglis huc deducta.
- VII. NOVUM BELGIUM; descriptio Continentis America Septentrionalis à Belgis nostris primum penitus lustrata & habitata.
- VIII. Particularis Novi Belgii descriptio secundum ora illius ductum.
- IX. De Magno seu Septentrionali Novi Belgii flumine & variis populis qui illud accolunt.
- X. Novi Belgii, cæli solique natura, fruges, planta, alia.
- XI. Indigenarum Novi Belgii mores & instituta, & Sankikanorum lingua.
- XII. Ora maritimæ descriptio ad alterum usque Flumen & gradum trigesimum octavum latitudinis Septentrionalis.
- XIII. VIRGINIÆ, quam Angli hodie incolunt, situs, cæli solique qualitates.
- XIV. Flumina Virginia, & populi qui ea accolunt, è Commentario Ioannis Smithi.
- XV. De Terra fructibus qui sponte in hac Virginia parte particulariter proveniunt.
- XVI. De sativis fructibus & modo quo barbari illos colunt atque usurpant.

C A P I T V M.

- XVII. *De variis animantibus Virginia, terrestribus, aëriis & aquatilibus.*
- XVIII. *Mores atque ingenium, habitus & instituta Indigenarum.*
- XIX. *Res ab Anglis in hac Virginia parte gesta.*
- XX. *Sinus Chesapeak à Ioanne Smitho lustratus.*
- XXI. *Qua porro ab Anglis in hac Virginia parte gesta.*
- XXII. *Virginia à Walthero Raleigho primum detecta: Terra fructus & animalia.*
- XXIII. *De iis quæ hæc Virginia pars fert commercii apta & de moribus Gentis.*
- XXIV. *De primis Anglorum expeditionibus in hanc Continentis partem ad annum usque*
cIo Io LXXXVI.
- XXV. *Reliqua gestorum ad annum cIo Io xc.*

Liber Quartus, FLORIDA.

- CAP. I. **F** L O R I D Æ provinciarum prima inventio, seu expeditio Ioannis Poncii Legionensis.
- II. *Navigatio secunda Hispanorum in Floridam.*
 - III. *Tertia Hispanorum in Floridam expeditio anno cIo Io XXVIII Duce Pamphilo Narváxio.*
 - IV. *Quarta & maxime memorabilis Expeditio Hispanorum in Floridam, duce Hernando à Soto, anno cIo Io XXXIX inchoata.*
 - V. *Expeditionis Hernandi à Soto progressus & annus secundus.*
 - VI. *Hernandi à Soto in interiores Florida provincias progressus.*
 - VII. *Expeditionis Hernandi à Soto progressus usque ad illius obitum.*
 - VIII. *Expeditionis quartæ in Floridam reliqua, duce Ludovico Moscoso de Alvarado, post excessum Hernandi à Soto.*
 - IX. *Gallorum prima expeditio in Floridam, Ioanne Ribaldo duce.*
 - X. *Secunda Gallorum expeditio in Floridam duce Renato Laudonerio.*
 - XI. *Tertia Gallorum expeditio in Floridam duce Ioanne Ribaldo.*
 - XII. *Quarta expeditio Gallorum in Floridam duce Dominico Gurgio.*
 - XIII. *Florida situs atque limites secundum Hispanos.*
 - XIV. *Cæli solique natura & mores Indigenarum in illa Florida parte quam Galli lustrarunt, è Commentariis Laudonerii.*
 - XV. *De Arboribus quibusdam & Herbis Florida familiaribus, aliisque.*
- A**D descriptionem *Sassafras*, adijunge: accepimus à quodam nostrorum ex Novo Belgio redeunte, fructus arboris hujus, uti ferebat, qui forma non multum differunt à baccis Lauri, sed longe sunt minores, cortice tenero & pene nigro & exterius rugato, qui continet intus nucem albam, sapore subamaro in duas partes divisam.
- XVI. *Regimen politicum Floridanorum ex eodem Laudonerio.*
 - XVII. *Descriptio oppidorum & arcium quæ hodie ab Hispanis in Florida possidentur.*
 - XVIII. *Descriptio oræ maritimæ provinciæ Floridae, tam qua magno Oceano pulsatur, quam qua sinum Mexicanum admittit.*

Liber Quintus, NOVA HISPANIA.

- CAP. I. **N** O V Æ H I S P A N I Æ limites, cæli solique qualitates & descriptio generalis.
- II. *Resinarum & liquorum aromaticorum descriptio, quorum magna copia in Nova Hispania invenitur.*
 - III. *De fructiferis aliquot arboribus, plantisque Novæ Hispaniæ peculiaribus.*
 - IV. *De floribus quibusdam & herbis, animalibus & gemmis Novæ Hispaniæ.*
 - V. *Provincia Mexicanæ sive Archiepiscopatus limites & partes sive provinciæ minores.*
 - VI. *Lacus Mexicani & Metropoleos descriptio.*
 - VII. *Loca maxime illustria circa Lacum & urbem Mexicanam, Chulula, Tezcucó, Quitlavaca, Yztacpalapa, aliaque.*
 - VIII. *Acapulco oppidum & portus ad mare Australe.*
 - IX. *Digressio de antiquis Mexicanorum institutis.*

I N D E X

- x. Mexicanorum idioma, numerandi & scribendi ratio, menses, anni, seculum & modus rerum gestarum memoriam conservandi.
- XI. Origines Mexicanorum, eorumque Principes secundum Gomaram.
- XII. Duces & Reges Mexicanorum secundum Acoftam.
- XIII. Regum Mexicanorum series secundum Annales ipsorum pictos.
- XIV. Panucensis provincia & oppidorum qua ab Hispanis hodie in illa incoluntur descriptio.
- XV. TLASCALA. Generalis provinciae Tlascalensis descriptio.
- XVI. Episcopatus Tlascalensis limites, Metropolis Puebla de los Angeles; vetus Indigenarum Civitas Tlascala, locaque vicina.
- XVII. Tepeaca provincia, & oppidum Hispanorum Segura.
- XVII I. Oppidum Veræ Crucis & præcipuus Novæ Hispaniæ portus S. Ioan de Ullua.
- XIX. Reliqua ora maritima Episcopatus Tlascalensis.
- XX. GUAXACA. Episcopatus Guaxacensis limites, vallis Guaxaca descripta.
- XXI. Misteca provincia, Tutepeque, Zapoteca, Guazacoalco.
- XXII. Civitates Hispanorum in Diœcesi Guaxacensi, Antequera, aliæ; ora item maritima.
- XXIII. MECHOACANA. Provincie limites, cæli solique qualitates, arbores varie atque planta.
- XXIV. De animantibus hujus provincie & moribus Indigenarum.
- XXV. Particulares provincie qua sub hac Diœcesi comprehenduntur & oppida qua in singulis, ab Hispanis habitantur.
- XXVI. YUCATANA. provincie limites, cæli solique qualitates.
- XXVII. Particulares aliquot hujus Peninsula provincie, & quomodo primum fuerit inventa.
- XXVIII. Oppida Hispanorum in Yucatanâ, Merida, Vallodolid, Campeche.
- XXIX. Ora maritima Yucatanæ, portus, insule adjacentes.
- XXX. TABASCO; provincie limites, cæli solique qualitates, Indigena, oppidum, aliaque.

Liber Sextus, NOVA GALÆCIA.

- CAP. I. **N**OVÆ GALÆCIÆ limites, provincie, cæli solique qualitates, fructus.
- II. Indigenarum ingenia, mores, instituta; Hispani incole.
- III. GVADALAJARA provincia, & oppida qua Hispani in illa colunt.
- IV. XALISCO & CHIAMELLA provincie, oppidaque in eisdem ab Hispanis habitata.
- V. Provincie CVLVACAN descriptio, & quomodo primum à Nonnio Guzmano fuerit lustrata.
- VI. Nonnii Guzmanii expeditio in CINALOAM, ejusque provincie descriptio.
- VII. Provincie quam UXITIPAM vocant descriptio.
- VIII. Provincie DE LOS ZACATECAS, illius metalla, oppidaque.
- IX. Provincie qua hodie NOVA VIZCAYA dicitur, & metallorum qua in illa reperiuntur descriptio.
- X. Ora maritima Novæ Galæciæ, promontoria, sinus, flumina atque portus.
- XI. CALIFORNIAE limites, Cortesiique navales expeditiones in mari Australi.
- XII. Francisci de Ulloa Navigatio in Freto Californiano.
- XIII. Navigatio ejusdem Francisci de Ulloa secundum California littus, quod ab Australi Oceano pulsatur.
- XIV. Fratris Marci de Niza iter ad Cibolam provinciam.
- XV. Francisci Vasquii de Cornado expeditio in Cibolam & vicinas provincias.
- XVI. Cibolæ provincie situs, cæli solique qualitates à Francisco Vasquio de Cornado observata.
- XVII. Quiviræ provincie situs, indigena, animalia, aliaque à Gomara.
- XVIII. Hernandi de Alarcon navigatio in Freto Californiano.
- XIX. Expeditio navalis Joannis Roderici Cabrilli secus littus australe Californiae in mari Pacifico.
- XX. NOVA ALBION ex commentariis Francisci Draci descripta & Californiae reliqua.

C A P I T U M.

- XXI. *Provinciarum quas hodie NOVO MEXICO vocant prima inventio.*
 XXII. *Expeditionis Antonii de Espeio in Novam Mexicanam progressus.*
 XXIII. *Provincia de los Tiguas, de los Quires, Cumanes, Ameyes, Acoma, Zunii, quorum provincia ab Hispanis Cibola dicitur, lustrata.*
 XXIV. *Antonii de Espeio itineris reliqua; Zaguato municipium, Hubatum provincia, atque Tamorum.*
 XXV. *Expeditio D. Joannis de Onnate; Acoma capta & diruta, oppidum S. Ioannis conditum, Lacus Conibas obiter lustratus.*
 XXVI. *Recentissima Novæ Mexicanæ descriptio, è commentariis Alfonfi de Benavides Franciscani.*

Liber Septimus, GUATIMALA.

- CAP. I. **D**escriptio hujus provincie sive Conventus Iuridici in communi, & quando & à quibus singula provincia primum fuerint inventa.
- II. *De Cacao fructu hisce provinciis pene peculiari, & de Chocolate.*
 III. *Digressio de Mayzio & illius facultatibus & multiplici usu.*
 IV. *Descriptio provincia CHIAPÆ in communi.*
 V. *Particularis provincia Chiapæ descriptio, urbs Ciudad Real; indigenarum ingenia, mores, alia.*
 VI. *Provinciarum SOCONUSCO & SUCHITEPEC descriptio, cæli solique qualitates, oppidum, reliqua.*
 VII. *Provincia VERAPAZ descriptio & locorum quæ hodie ab Hispanis in illa habitantur.*
 VIII. *Reliqua hujus provincie & Freti quod vocant Golfo Dolce descriptio.*
 IX. *Descriptio Provincia quæ proprie GUATIMALA appellatur.*
 X. *Provincia Yzalcos, uti hodie ab Hispanis appellatur, particularis descriptio.*
 XI. *Specialis descriptio S. Salvador, San Miguel & Chulutecæ & eorum quæ habent peculiaria.*
 XII. *Oppidum S. Jacobi de Guatemala harum provinciarum principale.*
 XIII. *Oppidum San Salvador, municipiaque la Trinidad, S. Miguel & Xerez de la Frontera.*
 XIV. *Portus & stationes hujus Præfecturæ, totaque ora maritima ad mare Australe.*
 XV. *Præfecturæ Hondurensis limites, cæli solique qualitates.*
 XVI. *Hondurensis præfecturæ oppida, Vallodolid, Gracias à Dios, & S. Pedro.*
 XVII. *Reliqua oppida Præfecturæ Hondurensis, Portus de Cavallos, Truxillo & S. Iorge.*
 XVIII. *Ora maritima, portus, Insuleque Præfecturæ Hondurensis.*

Adde pag. 341. l. 9. Oræ autem hujus præfecturæ quæ ad Austrum reflectit, atque Orientem adspicit, objacent duæ insulæ, licet satis longo intervallo; *S. Catelina* distans ab Æquatore versus arctum tredecim gradibus & octodecim scrupulis; undique pene vadis & scopulis incincta; hanc tamen jam Angli ad culturam Tabacci & gossypii jam sibi elegerunt. Et *S. Andreas* septem aut octo leucis ab altera versus Africum; patens in longitudinem circiter tria milliaria; distat ab Æquatore duodecim gradibus & triginta octo scrupulis, ut à nostratibus nuperrime fuit observatum.

- XIX. *NICARAGUÆ provincie limites, soli cælique natura, fruges, lacus, alia.*
 XX. *Oppida Hispanorum in Præfectura Nicaragua.*
 XXI. *Orarum ductus, stationes, portusque Nicaragua.*
 XXII. *Costæ Ricæ limites, oppida, cætera: itemque Nicoya provincia.*
 XXIII. *VERAGUÆ Præfecturæ limites, cæli solique qualitates, Columbi navigationes ad eandem.*
 XXIV. *Oppida & municipia Hispanorum in Veragua, ora maritima, insula objacentes.*

I N D E X

Liber Octavus, TERRA FIRMA.

- CAP. I. **C**onventus Iuridicus & præfectura PANAMENSIS: illius limites, cæli solique natura, particulares provincia.
- II. Oppidum Panama, illius situs & qualitates.
 - III. Exaëctissima urbis Panamæ descriptio à Joanne Baptista Antonelli ad Regem Hispaniarum missa, quemadmodum illam è libris M. Richardi Hackluyti hausimus.
 - IV. Oppidum Nombre de Dios & locorum adjacentium situs & qualitates.
 - V. Portus Beli descriptio secundum Ioann. Baptistam Antonellum.
 - VI. Oppidum S. Philippi ad Portum Belum; atque municipium Nata.
 - VII. Flumina & littora hujus Præfecturæ Panamensis & præsertim fluvius Chagre.
 - VIII. Flumen Darien & provincia ejusdem nominis.
 - IX. Oppida quæ Hispani quondam habuerunt in provincia Dariena.
 - X. Ora maritima, promontoria, sinus, flumina, portus præfecturæ Panamensis.
 - XI. Insula aliquot quæ Præfecturæ Panamensi adjacent & præsertim illa quæ ab unionibus nomen & famam meruerunt.
 - XII. Expeditio Ioannis Oxenhami Angli in mare Meridionale per provinciam Panamensem, imprimis memorabilis.
 - XIII. Præfecturæ Cartaginensis limites, cæli solique qualitates, varia provincia.
 - XIV. Metropolis hujus præfecturæ Cartago, vulgo Cartagena Hispanis.
 - XV. Plenior Cartaginensis oppidi, portusque descriptio per Ioan. Baptistam Antonellum.
 - XVI. Reliquæ urbes & municipia hujus Præfecturæ.
 - XVII. Flumina, portus, promontoria, omnisque ora Præfecturæ Cartaginensis.
 - XVIII. Provincia S. Marthæ limites, cæli solique qualitates.
 - XIX. Oppidum principale hujus præfecturæ S. Martha.
 - XX. Reliqua oppida Præfecturæ hujus, Teneriffe, Villa de Palmas, Ciudad de los Reyes, Ocanna atque Ramada.
 - XXI. Flumina, promontoria, portus & ora hujus Præfecturæ.
 - XXII. Oppidum & præfectura quam Hispani vocant Rio de la Hacha.

Liber Nonus, NOVUM REGNUM GRANATÆ.

- CAP. I. **N**Ovi Regni Granatensis prima inventio anno cIo Io xxxvi duce Gonfalso Ximenez de Quesada Licentiatò.
- II. Novi Regni Granatensis termini, cæli solique qualitates, provincia varia, populorum ingenia & mores.
 - III. Metropolis S. Fe: municipium S. Michaëlis & oppidum Tocayma.
 - IV. Provincia Musorum & Colymarum, cæli solique qualitates, populorum ingenia & mores.
 - V. De oppido la Trinidad & municipio la Palma, ex Herrera lib. iv. cap. v. decadis octavæ.
 - VI. Descriptio reliquarum hujus Provinciae urbium, Tunix, Pamplonæ, S. Christophori, Meridæ, Belez, Marequitæ, &c.
 - VII. Provincia POPAYANÆ generalis descriptio, uti & particularium Provinciarum, quæ sub illa continentur.

Petrus Ordonnez de Cevallos. Præfectura Popajan præter metropolim complectitur, Pasto, Almaguer, Neyvam, Calocoto, Cali, Bugam, Toro, Cartaginem, Ancermam, Armam, Caramantam, Mocoam: in omnibus hisce oppidis plurimum auri colligitur; sed pauci hic reperiuntur barbari qui operam impendant: ita ut operæpretium foret aliquot millia Nigritarum huc traducere. Episcopatus autem Popajan paret altera præfectura S. Fidei de Antiochia, quæ fines jungit cum Popajana & cum Marequita & Cartagena. Præter Antiochiam, tenet oppida Rhodas & S. Ioannem. Regio est montensis; abundans auro, sed incolarum inops.

VIII. Urbis

C A P I T V M.

- VIII. *Vrbis Popayan & vicinarum provinciarum descriptio.*
 IX. *Descriptio Fluminis Magdalenæ, ejus origo & per varias provincias decursus.*
 X. *Antiochiæ urbis descriptio, regionumque adjacentium: iter ab hac urbe ad Anzermam, Caramantæ oppidum.*
 XI. *Iter quod ab Antiochia Anzermam ducit & urbis S. Annæ de Anzerma descriptio.*
 XII. *Iter ab Antiochia ad urbem Armam; provinciarum que interjacent situs atque condicio: Vrbis Armæ descriptio.*
 XIII. *De Provincia Carrapa, Quimbaya atque urbe Cartagine.*
 XIV. *Oppidi Cali descriptio & vicinarum provinciarum; & de portu ad mare Australe, qui Bonaventura dicitur.*
 XV. *Iter ab oppido Cali ad metropolim Popayan & regionum interjacentium qualitates.*
 XVI. *Iter quod ab oppido Popayan ad oppidum Pasto ducit, Provinciarum intermediarum qualitates; populorum mores: oppidum Pasto.*
 XVII. *Reliqua oppida & municipia hujus præfecturæ.*
 XVIII. *Portus, Stationes, Flumina, Promontoria; omnisque ora hujus Præfecturæ, Insulaeque eidem objectæ.*

Liber Decimus, PERUVIA.

- CAP. I. **G**eneralis Regni Peruviani descriptio, cæli solique qualitates. Indigenarum ingenia & mores.
- II. *Plantæ, fruges, fructusque Peruvix peculiæres, præsertim Coca.*
 III. *De Arboribus fructiferis & præsertim Cachoç & Molle.*
 IV. *Animalia quædam Peruvix peculiaria.*
 V. *Alia animalia quæ cum aliis regionibus communia habent, serpentes, aves.*
 VI. *Peruvix divisio in provincias principales: QUITENSIS provinciæ limites, cæli solique qualitates.*
 VII. *Via quæ ab oppido Pasto ad civitatem S. Francisci ducit & loca intermedia.*
 VIII. *Metropolis Provincia Quitensis S. Francisco sacra, & regionum adjacentium qualitates.*
 IX. *Iter ab urbe Quitensi ad Rhiobambam, regionum qualitas & Indigenarum ingenia atque mores.*
 X. *De magnifico Palatio Thomebamba, deque Provincia & moribus populorum quos vocant Cannares.*
 XI. *Iter quod à Provincia Quitensi ducit ad mare Australe & regionum adjacentium qualitates.*
 XII. *Descriptio oppidi Puerto Vejo atque S. Jacobi de Guayaquil, nec non oppidi Castro in Provincia Bunigando.*
 XIII. *Itineris ratio à Palatio Thomebamba ad oppidum Loxam; ejusdemque & Cuençæ descriptio.*
 XIV. *Zamora atque Jaen oppida & Chuquimayo provincia descripta.*
 XV. *Plana Peruvix, vallis Tumbez, S. Michaëlis oppidum & portus Païta.*

Olmos] Didici nuper admodum à quodam qui superioribus annis iter egerat per Peruviam; ab urbe Loxa descendentibus versus plana Peruvix iter esse ad municipium Frias, distans à Loxa circiter sexaginta aut septuaginta milliaria, per varios pagos; relicta ad dextram Piura, sive S. Michaële, quod oppidum hodie vix nomen suum tuetur: Frias autem intra Continentem distare à Payta milliaria viginti quinque; A Frias iter agi ad Olmos; idque à mari pacifico distare milliaria septem; ita ut metuum, distantiam inter Olmos & Paytam tantam esse non posse, quantam fide cujusdam Portugalli prodidimus. Ab Olmos iter ducitur ad Zanam, distantia est milliarium undecim aut duodecim. In Zana autem habitat Corregidor ut vocant, qui vicarium suum habet in Olmos.

xvi. *Provincia de los Quixos, ejus limites, qualitates, oppida; itemque Provincia quam vocant Canelam.*

VIdi demum postquam Liber ille jam esset excusus Commentarium Licenciati *Petri Ordonez de Cevallos* qui hanc provinciam lustravit, is de illa ita scribit.

Provincia de los Quixos montana est, & altis nivibus obnoxia, ad hæc insalubris; carens pane & carne, præterquam ferina; pluit hic fere omnibus anni mensibus: magni permeant amnes & periculosi: multæ hic sunt feroces feræ, leones, tigres, ursi, aliæ: angues quoque quibus tintinnabulum est in cauda, imprimis venenosi: Viperæ quoque & scorpiones, Niguæ. præterea muscæ ceruleæ, quæ in stramentis, quibus hic indormitur, generant vermes quosdam, qui cutem hominibus penetrant, & intra carnem excrescunt in digiti molem, & cum summa molestia eximuntur: Denique insectorum infinitus est hic numerus, quorum alia occidunt, alia gravissimos afferunt dolores: barbari autem ferocissimi sunt, præsertim *Aucaes*, qui nullis mediis ad fidem possunt traduci, sed mortaliter oderunt eos qui illos conantur instituere. Oppidum illius principale *Baeza* distat à *Quito* quidem viginti leucis, difficillimo itinere, propter montes & paludes; medio autem gradu ab *Æquatore* versus Austrum: habitatur à quinquaginta duobus civibus, quibus barbari sunt vectigales circiter bis mille octingenti. Secundum oppidum est *Avila*; tertium *Archidona* quæ numero civium haud multum differunt à primo. Distant à se invicem sedecim leucis veluti in triangulo positæ. Quartum appellatur *Sevilla del Oro*, distat ab aliis quadraginta leucis difficillimo & fragoso itinere, superatque cætera amplitudine. *Provincia* (inquit) *de los Cofanes*, distat à valle *Coca*, viginti leucis, quarum duodecim occupant montes, arboribus *Canelæ* vestiti; reliquas occupant arbores quæ ferunt fructus quos vocant *Lucmos*, mole capitis humani, optimi saporis & nutrimenti. Incolæ sunt dociles; robusto corpore; ita ut difficillime ab Hispanis potuerint domari. *Provincia de los Tutos* jungit fines cum præcedente: quam versus mare Septentrionale excipit *provincia de los Pues*, præcedentibus longe major & populosior, habet oppidum longe amplissimum quod à sexaginta millibus barbarorum habitari ferunt. *Provincia Nuxarum* jacet à *provincia Cofanum* trans maximum fluvium & versus provinciam *Omaguarum*, hic mons cernitur cujus arenis aurum permixtum est. Cum hac jungit fines *provincia barbarorum* quos vocant *Coronados*, quia tonsi sunt in modum clericorum, contra consuetudinem aliorum Americanorum: hi non faciunt sementem, sed vivunt raptu & latrociniis. Omnes hæ provincie ambiunt provinciam *Quixorum*.

Narrat porro, barbaros advenarum pertæsos, postquam jam viginti annis Hispanis paruisent, conspirasse inter se & in *Avila* quidem mactasse xciii Hispanos & in *Archidona* pene totidem: à *Baeza* vero cui *Quitenses* subsidio venerant cum maximis copiis fuisse repulsos, cum maxima clade. Deinde se, jam presbyterum factum, missum fuisse ut eos ad pacem componeret; à *Baeza* autem fuisse profectum cum duobus tantum ad vallem *Cocam*, quæ dividitur à *Baezæ* territorio magno fluvio, qui distat à *Baeza* undecim leucis: & primum certis condicionibus barbaros ad pacem pellexisse.

Idem describit municipium *Pimanpiro*, distans ab oppido *Quito* viginti leucis, in regione temperata pene sub ipso *Æquatore*, ita ut potissimum hic caleat, & omnibus anni mensibus arbores fructus ferant, tam domesticos quam Hispanienses: *Coca* hic abundantissimè nascitur; plurimæque aliæ herbæ magni in medicina usus. Præterea arbusculæ quædam, quarum folia sunt exigua & blanda, sapore suavi; quarum singula purgant una vice. Uti & alteræ, quas vocant de *Mosquera*, quarum radices corticem habent, qui valide purgat: Abundat tritico Europæo, & omni genere commeatus.

xvii. *Provincia populorum quos vocant Bracomores, colonia Hispanorum in eadem, & de auri venis pauca.*

xviii. *Ora maritima Quitensis Provincia, promontoria, sinus, portus, flumina & insulae continenti objectæ, præsertim Puna.*

xix. Con-

C A P I T V M.

- XIX. *Conventus Iuridici LIMANI limites descripti, oppida enumerata, viaque Regia per plana ab oppido S. Michaëlis ad urbem Truxillo.*
 XX. *Municipium Miraflores, oppidum Truxillo, Parilla, Arnedo.*
 XXI. *Via, quæ per plana ab oppido Truxillo ad Limam ducit, reliqua.*
 XXII. *LIMA sive Civitas Regum, Peruvia hodie Metropolis.*
 XXIII. *Portus Civitatis Limæ qui dicitur Callao.*
 XXIV. *Pachacama vallis, cæteræque usque ad Guarcesem, & de municipio Cannete.*
 XXV. *Via per plana Peruvie secundum oram maris à Guarco ad Ycam, municipium Valverde & Castro Virreyna oppidum.*
 XXVI. *Cocolococha sive Castro Virreyna & reliquæ valles ab Yca ad Tarapacam & oppida aut municipia in eisdem sita.*

A Requipa. Alii affirmant hoc oppidum tantum septem leucis distare à mari Australi: & indies opulentiùs fieri ob insignes argentifodinas superioribus annis inventas in loco quem vocant *Callioma*, sub ipsis Andibus sibi *Cordillera* ut vocat, ubi jam plurimum valde absoluti argenti eruitur; distant autem fodinæ hæ ab Arequipa quatuordecim miliaribus, secus viam quæ ducit ad Metropolim Cusco; ea enim ab Arequipa ducit primum ad has fodinas, deinde per provincias Aymeraum, Chanchium & Canarum ad Chicuito.

- XXVII. *Provincia mediterranea, via regia per montana Peruvie à Guancabamba: provincia Chachapoja & Moyobamba:*
 XXVIII. *Via regia per montana à Caxamalca ad Guanucum.*
 XXIX. *Via regia per montana, & provincie à Guanuco ad Guamangam, itemque à Lima ad Xauxam.*
 XXX. *Reliquæ mediterraneæ provincie ab oppido Guamanga ad Cusco: Guancabelicæ fodina, & Chocolococha sive Castro Virreyna.*
 XXXI. *Cusco Peruvia quondam metropolis: Regionum adjacentium situs & qualitates: oppidum S. Francisci de la Vittoria & S. Iuan del Oro in Caravaya.*
 XXXII. *Itinera trans Andes ad varias provincias quæ nondum satis sunt cognita & expeditiones aliquot Hispanorum.*
 XXXIII. *Promontoria, sinus, portus, flumina, atque ora omnis maritima Conventus Iuridici Limani.*

Liber Vndecimus, PERUVIA sive CHARCÆ.

- CAP. I. **C**harcensis Conventus Iuridici limites, cæli solique qualitates.
 II. *Via Regia ab oppido Cusco ad urbem de la Paz: provincie quæ adjacent & imprimis Collao.*
 III. *Provincia Collao particularior descriptio.*

Iter à Cusco ad oppidum de la Paz, & porro ad Potosiam, ita descriptum accepi à quodam qui nuper fecerat. A Cusco ad pagum *S. Sebastiani*, circiter tria miliar. per *Angusturam* ad pagum insignem, quem vocant *Oropesam*, quatuor miliaribus à Cusco. Ad *Vrcos* perpulchrum Indorum pagum tria miliar. ad *Quiquisanam* diversorium decem miliar. à Cusco. Ad *Tyntam* egregium municipium quod suum habet *Corregidorem* xviii miliar. à Cusco. Ad *S. Pablo* egregium pagum haud longe à *Tynta*; ad *Nicasio Tambo* dimidii diei itinere à *S. Pablo*; ad *Chuncaram Tambo* unius diei iter: ad *Pucaram* pagum & corregiementum, ut vocant, tantundem: ad *Ayaviren* ingentem pagum, paulo longius iter; ad *Nicasio* pagum, unius diei iter; ad *Faucarcollan* pagum, tantundem; ad *Punam* exiguum pagum haud longe ab ora lacus *Titicacæ*. Hinc relicto lacu ad sinistram; ad *Chiquito* modicum tantum hodie oppidum, quanquam superiori seculo floruerit; ad *Acoram* grandem pagum haud longe à *Lacu*; ad *Chilanen* primum pagum provincie Aymeraum, iter unius diei. Ad *Xuli* maximum pagum totius Peruvie, ubi Patres Societatis Jesu quatuor collegia & summas opes possident; ad *Pomatam* tria quatuorve miliaria; ad *Copanacanam* insignem pagum,

I N D E X

pagum, haud longe à Lacu, diei iter; ad *Cepitam* grandem pagum septem milliaria, ad *Emissarium* Lacus cujus utraque ripas pagi duo occupant; ad pagum *Guaki* unius diei iter. *Notandum autem errore quodam hunc pagum in Tabula Peruviae citra emissarium collocatum, cum ultra locandus fuisset.* Ad *Tiaguanaco* pulchrum Indorum municipium; diei iter. Ad oppidum *la Paz*. ad *Hayo Hayo* grandem pagum loco frigidissimo situm bidui iter. ad *Sicasicam* pagum argenti venis nobilem, septem milliaria: ad *Pandouro* diverforium, magni diei iter; ad *Oruro* insigne municipium & argentifodinis nobile; tribus aut quatuor milliariis, ab illo labitur amniculus, qui in Lacum illabitur. Hinc diei itinere venit ad diverforium *Venta di Medio*: & alterius diei ad diverforium *las Pinnas*; & tertii ad *Punam tambo*: & quarti ad *Totoram tambo*; à quo novem milliaria aut bidui iter restat ad *Potosiam*.

- IV. *Maximi Lacus Titicaca descriptio.*
- V. *Reliqua provincia Collao secundum regiam viam qua ducit à Cusco ad oppidum de la Paz; Chiquito provincia; & Nuestra Señora de la Paz in Chuquiabo.*
- VI. *Via regia Collasuyo progressus usque ad oppidum la Plata.*
- VII. *Vrbis la Plata sive Chuquisaca descriptio; nec non minorum aliquot oppidorum.*

ACcepi & itineris rationes à *la Plata*, ad *Oruro*; quod ita se habet. Ad *Piochedam* Indorum pagum unius diei iter: ad *Cocham* pagum, tantundem: ad *S. Franciscum* pagum, tantundem: ad *Micouac* pagum, idem: ad *S. Pedro de Buena Vista*, pagum, tantundem: (*Moromoro* hinc conspici potest) ad *Colcham* pagum argentifodina nobilem; tantundem: ad *Pariam* pagum, idem: ad *Oruro*, unius item diei iter.

- VIII. *Vrbs Potosia & opulentissima illius Argentifodina.*
- IX. *Alia observatu digna de Argentifodinis Potosia.*

SVb finem. *Petrus Ordonez de Cevallos*: In provincia *Charcarum* jacet oppidum *S. Philippi de Austria*, cum argentifodinis, inde à temporibus *Yncarum* notis, è quibus nuper industria *Emanuelis de Castro*, multum argenti fuit erutum; verum *hydrargyri* inopia aliquandiu jam cessatum: licet quidam putent de industria id factum à regiis praefectis ne *Potosianis* officeret.

- X. *Provincia Charcensis littus, promontoria, sinus, portus atque stationes.*
- XI. *SANCTA CRUX de la Sierra & aliquot aliae vicinae provinciae.*
- XII. *Peruvianorum monarcharum origo & series usque ad decimum Incam Yupanqui.*
- XIII. *Reliqui Peruvianorum monarcha usque ad Atahualpam & ceteri descendentes ab Incis.*
- XIV. *Peruvianorum Regum series & familia ex Iosepho de Acosta.*
- XV. *De Regimine politico Peruvianorum, ex Commentariis Incæ.*
- XVI. *De Regalibus aedificiis quae passim in Peruvia visebantur & de Religione Peruvianorum.*
- XVII. *De Peruvianorum festo principali, quod vocant Yntip Raymi.*
- XVIII. *De Peruvianorum idiomate atque Poesi.*
- XIX. *Scientia quarum Peruvianorum philosophi gnari fuerunt, & quo pacto rerum gestarum memoriam conservaverint & illorum Arithmetica.*
- XX. *De moribus & institutis eorum domesticis pauca.*

Liber Duodecimus, CHILE.

- CAP. I. **C**Hilensis Praefectura limites, caeli solique qualitates.
- II. *Animalia, fruges, planta hujus praefecturae, indigenarum mores.*
- III. *Atacama desertum, & itinera à Peruvia ad Chilen, primaque Almagri expeditio in has provincias.*
- IV. *Primarum vallium Chilensis Praefecturae, Copiapo, Guasco & Chili descriptio.*

C A P I T V M.

- V. *La Serena & S. Iago oppida descripta.*
- VI. *Oppidum Conceptionis & Insula S. Maria descripta.*
- VII. *Provincia Arauco, Tucapel & Puren descripta, & clades ab Hispanis in hac parte Chiles accepta.*
- VIII. *Mocha insula descripta, indigenarum ingenia & mores & variorum ad eam navigati ones.*
- IX. *Insularum Ioannis Fernandez descriptio.*
- X. *Oppidorum de los Confines vel etiam de los Infantes & Imperialis descriptio.*
- XI. *Vrbes Villa Rica & Valdivia & regiones adjacentes.*
- XII. *Oppida Osorno & Chilue sive Castro, provincia vicina & praesertim Chucuito.*
- XIII. *Ora omnis maritima Chilensis, portuum, stationum, sinuum & promonteriorum descriptio ad trigesimum tertium gradum Australis latitudinis.*
- XIV. *Ora Chilensis reliqua à Valparaiso ad quadragesimum secundum gradum latitudinis Australis aut paulum ultra.*
- XV. *Excidium urbis Valdivia & aliorum oppidorum Chilensis praefectura quemadmodum narrantur ab Inca Garcilasso.*

Liber Decimus tertius, MAGALLANICA.

- CAP. I. **M**agallanica provincia limites & generalis descriptio.
- II. *Petri Sarmienti navigatio secundum oram Magallanica ad Mare Australe sitam, è commentariis Leonardi de Argenfola.*
 - III. *Ora hujus omnis à Chilensis praefectura finibus ad Fretum Magallanicum descriptio ex Herrera.*
 - IV. *Ipsius Freti Magallanici descriptio secundum Hispanos qui primi illud penetrarunt.*
 - V. *Anglorum navigationes per Fretum Magallanicum & quidem primum Franc. Draci.*
 - VI. *Thomae Candishii navigatio per Fretum Magallanicum, itemque Richardi Hawkinii Equitis.*
 - VII. *Belgarum navigationes per Fretum Magallanicum & quidem prima Duce Simone de Cordes.*
 - VIII. *Sebaldi de Weert longi in Freto errores, Penguinum descriptio.*
 - IX. *Secunda & tertia Belgarum navigatio per Fretum Magallanicum.*
 - X. *Expeditio Didaci Flores de Valdes & duae coloniae ab Hispanis in Freto Magallanico collocatae.*
 - XI. **NOVI Freti LEMARII prima inventio.**
 - XII. *Hispanorum navigatio per Novum hoc Fretum.*
 - XIII. *Expeditio Classis Nassavica per Fretum Lemarium in Oceanum Meridionalem.*
 - XIV. *Terrae Australis & barbarorum hanc incolentium descriptio.*
 - XV. *Magallanica ora quae ad mare Atlanticum jacet, descripta secundum Hispanos.*
 - XVI. *Ejusdem ora descriptio secundum Anglos & Belgas.*

Liber Decimus quartus, RIO DE LA PLATA.

- CAP. I. **P**raefectura sive Provincia Rio de la Plata generalis descriptio, caeli solique qualitates.
- II. *Fluminis de la Plata prima inventio, & varia Hispanorum intra flumen hoc expeditiones.*
 - III. *Fluminis de la Plata descriptio secundum Herreram & Martinum del Barco.*
 - IV. *Ejusdem fluminis descriptio secundum varia Hispanorum itineraria nautica & unum Nostrorum.*
 - V. *Barbari qui Flumen Argenteum accolunt; eorum ingenia & mores.*
 - VI. *Descriptio oppidi Nostrae Sennora de Buenos Ayres.*
 - VII. *Metropolis hujus provinciae, cum agro ipsius descripta; itemque alterum oppidum Ciudad Real.*
 - VIII. *Oppida S. Fidei, S. Salvatoris & reliqua hujus Provinciae.*

I N D E X

- IX. *TUCUMANÆ Provinciae descriptio, ejusque principalis oppidi S. Iago del Estero.*
- X. *De oppidis S. Michaëlis, Talavera & Corduba.*
- XI. *De aliis aliquot oppidis hujus praefecturae & provinciarum in quibus jacent qualitatibus.*
- XII. *Iter Belgae cujusdam à Buenos Ayres ad Argentifodinas Potosianas per provinciam hanc Tucumanam.*
- XIII. *Ratio ejusdem itineris secundum alios.*
- XIV. *Ora maritima Praefecturae Fluminis de la Plata, inde à Promontorio Septentrionali magni illius Aestuarii ad Brasiliam usque.*

Liber Decimus quintus, BRASILIA.

- CAP. I.** *BRASILIAE limites, ejus prima inventio, caeli solique qualitates.*
- II. *De Religione, ingeniis & moribus Brasiliensium in communi.*
 - III. *Diversae Nationes Brasilienses & earum ingenia & mores è commentariis nuperi scriptoris Portugalli.*
 - IV. *Variae Brasiliensium nationes, secundum relationes Antonii Kniveti Angli, qui dudum in Brasilia oberravit.*
 - V. *Quadrupedes Brasiliae, secundum authorem Lusitanum, Ioannem Lerium atque Thevetum.*
 - VI. *Angues serpentesque terrestres ex iisdem scriptoribus, ut supra.*
 - VII. *Volucres quadam Brasiliae descriptae ex iisdem Authoribus.*
 - VIII. *Arbores fructiferae Brasiliae, aliaque è variis Authoribus descriptae.*
 - IX. *Plures arbores Brasiliae familiares, è Lerii atque Theveti commentariis.*
 - X. *Herbae, planta, radicesque edules Brasiliae ex iisdem Authoribus.*
 - XI. *Aliae aliquot Plantae Brasilienses è Lerio, Theveto, Clusioque & Phalangii monstruosa species.*
 - XII. *Pisces marini Brasiliensium ex auctore Lusitano & aliis.*
 - XIII. *Crustacei Testaceique pisces, item arbores littorales & marinae, nec non Aves marinae.*
 - XIV. *Pisces aliquot fluviatiles, item angues aliaque animantia quae in fluminibus degunt ex iisdem Authoribus.*
 - XV. *Animalia, arbores herbaeque quas Lusitani primum intulerunt, è quibus tamen hodie maximum quantum faciunt: itemque divisio Brasiliae in suas praefecturas.*
 - XVI. *Prima Praefectura quae appellatur S. Vincente descriptio.*
 - XVII. *Particularior hujus praefecturae descriptio & de oppido S. Pauli & insulis adjacentibus.*
 - XVIII. *Praefectura Fluminis Ianuarii vulgo Rio de Ianero.*
 - XIX. *Tertia Brasiliae Praefectura, Spiritu Santo, ut Portugalli vulgo vocant.*
 - XX. *Quarta Brasiliae Praefectura quae à Portugallis appellatur Porto Seguro.*
 - XXI. *Quinta Brasiliae Praefectura, quam Portugalli vocant Ilheos.*
 - XXII. *Sexta Brasiliae Praefectura sive sinus omnium Sanctorum: ipsius sinus accurata descriptio; & memorabile facinus Petri Heynii nostri.*
 - XXIII. *Urbis S. Salvatoris descriptio & locorum adjacentium. Itemque Seregippe.*
 - XXIV. *Praefectura septima Brasiliae quae dicitur Pernambuco.*
 - XXV. *De urbe Olinda, itemque de Garafu.*
 - XXVI. *Quo pacto Olinda à Belgis fuerit capta; hodieque possideatur.*
 - XXVII. *Praefectura Tamaracensis & ora maritima Brasiliae ad hunc locum.*

C A P I T V M.

Liber Decimus sextus, BRASILIA SEPTENTRIONALIS.

- CAP. I. **D**E Communi Brasiliensium lingua.
 II. *Præfectura Nona Brasilia que dicitur Paraiba.*

INter portum Francicum & promontorium Blancum, notatur aliud terræ cornu, quod vocant *Punta de Piedra Furada*, pone quod versus austrum, & septem gradibus & XXIV scrupulis ab Æquatore versus Austrum; Amnis exit satis latus, sed ostio, à vadis quæ ab arctoo cornu descendunt, pene obturato, ita ut difficulter aditus navigiis pateat, præterquam minoribus.

Fluvius *Mongianguape*, distat ab Æquatore, prout à nostris video observatum, sex gradibus & triginta scrupulis; ostio quidem angusto sed satis alto; hic difficulter subiri potest, nisi quum ventus directe perflat ab Aquilone.

Invenio quoque à nostratibus accurate observatum, ostium fluminis *Paraiba* distare ab Æquatore versus Austrum sex gradibus & quinquaginta sex scrupulis.

- III. *Insula Ferdinandi de Norohna vulgo dicta.*
 IV. *Ora Continentis Brasilia Septentrionalis à flumine Mongianguape ad Rio Grande.*
 V. *Decima Brasilia præfectura Rio Grande.*
 VI. *Ora Brasilia Septentrionalis à Rio Grande ad Siaram, secundum Figueredum & alios.*
 VII. *Præfectura Brasilia Septentrionalis quam vocant Siaram & reliqua ora usque ad*
 M A R A N N O N.
 VIII. *Generalis descriptio hujus Provinciae & quedam necessario observanda.*
 IX. *Descriptio Maragnanae secundum Claudium Abbevillanum.*
 X. *Insula Maragnana cæli solique qualitates.*
 XI. *Arbores fructiferae quæ in hac Insula reperiuntur.*
 XII. *Herbæ aliquot atque plantæ hujus Insulae Maragnanae.*
 XIII. *Varia volucres quæ in hac Insula & vicina Continente reperiuntur.*
 XIV. *Pisces marini & fluviatiles qui in hisce partibus reperiuntur.*
 XV. *Quadrupedes hujus Insulae & vicinæ Continentis.*
 XVI. *Incolarum origines, mores & instituta, aliaque quæ huc pertinent.*
 XVII. *Provinciarum Tapovytaperes & Comma ad Continentem sitarum descriptio.*
 XVIII. *Gesta Gallorum in Insula Maragnana & quæ ab ipsis observata de monte Ybo-vapap.*
 XIX. *Situs Maranhaon & loca quæ à Portugallis hic tenentur.*
 XX. *Reliqua ora continentis à Maranhaon usque ad Param.*

Liber Decimus septimus, GUAIANA.

AD Introductionem. Anxiè quæsi vi qui essent *Omagua* illi populi quos *Herrera* nominat; & inveni jam apud *Petrum Ordonnez de Cevallos*: Provincia (inquit) *Omaguarum* distat ab *Avila* & *Archidona* (oppidis in provincia *Quixorum*) centum & triginta leucis, & sunt plures populi qui uno & communi nomine appellantur *Omagua*, & singulæ provinciæ suæ obtinent nomina. incedunt autem nudi, nisi quod in quibusdam provinciis fœminæ arborum libris pudenda tegant. ambit provincia circiter quingentas leucas. Multi Hispani tentarunt illam ingredi, sed nihil profecerunt.

- CAP. I. **F**LUMEN AMAZONUM vel ORELLANÆ. *Expeditio Francisci de Orellana qui hoc flumen putatur primus invenisse & lustrasse.*
 II. *Secunda expeditio Francisci Orellanæ ad magnum hoc flumen.*
 III. *Magni fluminis Amazonum descriptio secundum Anglorum & Belgarum observationes.*
 IV. *Continentis hujus & Insularum, cæli solique qualitates & fructus atque incola.*
 V. *Brevis*

I N D E X

- v. *Brevis narratio eorum quæ à Belgis in hisce partibus fuerunt gesta.*
- vi. *Ora hujus Continentis & flumina quæ ex illa egrediuntur, à magno flumine Amazonum ad flumen Wiapoco.*
- vii. *Descriptio fluminis W I A P O C O & aliorum vicinorum, provinciarumque quæ illis adjacent.*
- viii. *Plura de hoc flumine à Nostratibus observata & de vicinis aliquot minoribus amnibus, præsertim Apurwaka.*
- ix. *Amnium CAWO & Wia descriptio cum adjacentibus provinciis.*
- x. *Fluminis CAIANÆ descriptio & Continentis illi vicine, populorumque mores qui hic habitant.*
- xi. *De cæli solique qualitatibus in hisce partibus Continentis & de Incolarum ingenis, moribus atque institutis.*
- xii. *De barbarorum horum Idiomate, præsertim Yaiorum.*
- xiii. *De annona barbarorum, animalibus, piscibus, plantis.*
- xiv. *De aliis quibusdam plantis, resinis & lignis, quæ commerciis apta sunt & singularem habent usum in medicina.*
- xv. *Aliorum fluviorum qui ex eadem ora in Oceanum exeunt & imprimis M A R W I N I S descriptio.*
- xvi. *Aliorum aliquot fluviorum qui ex Continenti egrediuntur descriptio, videlicet Sarnames, Sorames, Corretines, Berbices, Demararis.*
- xvii. *ESSEQUEBES fluvii & aliquot vicinorum descriptio.*
- xviii. *Descriptio fluminis O R E N O Q U E S in communi secundum ea quæ ab Hispanis sunt prodita.*
- xix. *Narratio eorum quæ porro ab Hispanis in hoc flumine lustrando fuerunt gesta & imprimis ab Ortalio.*
- xx. *Quæ porro ab Hispanis hic gesta fuerunt & præsertim à Gundifalvo Ximenes de Quefada & Antonio de Berreo.*
- xxi. *Prima expeditio Equitis Waltheri Raleghi ad flumen Orenoquen, quæ incidit in annum c l o l o x c v.*
- xxii. *Amnium qui in Orenoquen insuunt Catalogus, & expeditionis Ralegiana reliqua.*
- xxiii. *Secunda Anglorum expeditio in Guianam duce Laurentio Keymis anno c l o l o x c v i. & Tertia duce Thoma Mashamo eodem anno & sequenti.*
- xxiv. *Postrema Waltheri Raleghi expeditio in Guianam annis c l o l o c x v i & x v i i & illius supplicium.*
- xxv. *Fluminis Orenoques descriptio secundum Belgarum nostrorum observationes.*
- xxvi. *Descriptio Insulæ quam vocant la Trinidad.*
- xxvii. *De Insula Tabago vulgo dicta, quam nostri jam vocant Novam Walachriam.*

Liber Decimus octavus, NOVA ANDALUZIA.

- CAP. I. **D**escriptio nobilissima Insulæ MARGARITÆ.
- ii. *Insulæ Cubagua & Coche descripta.*
- iii. *Descriptio promontorii quod vocant Araya & famosarum salinarum quæ illi adjacent.*
- iv. *CUMANÆ provincie descriptio, cæli solique qualitates, animalia, Indigenarum denique mores.*
- v. *Eorum quæ superiori seculo ab Hispanis crudeliter in hac Continentis parte gesta fuerunt & municipii Cumanæ descriptio.*
- vi. *Narratio eorum quæ ab Hieronymo de Ortal & Antonio Sedenno in hisce provinciis fuerunt gesta.*
- vii. *Expeditionis Antonii Sedenni in hanc partem Continentis reliqua.*
- viii. *Descriptio generalis provincie VENEZUELÆ & partitio in varias partes.*
- ix. *Venezuelæ prima lustratio per Germanos & quæ aliquot annis ab iisdem ibidem fuerunt gesta.*

C A P I T V M.

- x. *De Metropoli hujus Præfecturæ Coro, ut vocant.*
xi. *Alia oppida hujus Præfecturæ Nostra Sennora de Carvalleda, S. Jago de Leon, Nova Valentia & Xeres.*
xii. *Vrbs Nova Segovia & regionum vicinarum situs & cæli solique qualitates.*
xiii. *Cætera hujus Præfecturæ oppida, Tucuyo, Truxillo, Laguna & provinciarum quæ hisce adjacent qualitates.*
xiv. *Magni Lacus Maracaybo descriptio, itemque Maracapanæ ad extremos hujus Præfecturæ limites versus ortum.*
xv. *Descriptio Insularum quæ huic præfecturæ objacent, Insula Blanca, Tortuga, Orchilla, Rocca, Avium.*
xvi. *Descriptio Insularum Bonaire, Caracão atque Arubæ:*
xvii. *Ora universæ descriptio, utriusque Præfecturæ Cumanæ atque Venezuelæ.*



I N D I -

INDICVLVS

Animalium, Arborum atque Plantarum quas particulatim
descripsimus atque Icones adjunximus.

MAnati piscis. Lib. I. Cap. IV.
Iguanæ Lacerti. lib. I. cap. IX.
VValrus belluæ marinæ. lib. II. c. VII.
Aranei marini sive Siguenoc. lib. II.
cap. XIX.

Herbæ singularis Novi Belgii. lib. III. cap. X.
Macoquer fructus Virginiae. lib. III. cap. XXII.
Lobi è VVingandecauv. lib. III. cap. XXII.
Sassafras arboris. lib. IV. cap. XV.
Fabarum purgatricum verarum. lib. V. cap. III.
Pinnonum de Brasil purgatricum. ibid.
Guajabi ramuli cum fructu. ibid.
Yecotl sive Palmæ Montensis fructus. ibid.
Tlilxochitl fructus. ibid. cap. IV.
Mecaxuchitl fructus. ibid.
Piperis longi seu Buyobuyo. ibid.
Huitzitzil seu Tominei aviculæ. ibid. c. XVII.
Vaccarum gibbosarum Quiviræ. lib. VI. cap. XVII.
Cacao fructus & Ramuli cum fructu. lib. VII.
cap. II.
Anil herbæ folii. Ibid. cap. IX.
Amygdalarum Novi Regni. lib. IX. cap. IV.
Molles ramuli cum fructu. lib. X. cap. III.
Penguin avis. lib. XIII. cap. VIII.
Armadillo animalis. lib. XV. cap. V.
Haythi animalis. ibid.
Acayous fructus. ibid. cap. VIII.
Ayri arboris. ibid. cap. IX.
Aouay fructuum. ibidem.

Bachoves fructuum. ibid.
Mamoeræ arboris. ibidem.
Ananas fructus. ibid. cap. X.
Pacobæ fructus. ibid.
Loborum Brasiliensium. ibid:
Manobi Tuberum. ibidem cap. XI.
Fabarum Brasiliensium. ibid.
Phaseoli Brasiliensis. ibidem.
Phalangii grandis & monstrosi. ibidem.
Doradæ Piscis Icon. ibid. cap. XII.
Arawapabbe piscis. ibid.
Vbirræ piscis. ibid.
Awah-kattoe piscis. ibid.
Pira-vtoevah piscis. ibid.
Zygænæ sive libellæ piscis. ibid. cap. XIII.
Junipap fructus. lib. XVI. cap. XI.
Palmæ cujusdam fructus. ibid.
Karovatæ nostris Slijp-tongh fructus. ibidem
cap. XII.
Ignavi Animalis. lib. XVI. cap. XV.
Totocque fructus. lib. XVII. cap. IV.
Fructus insignis anonymi. ibid.
Papay arboris cum fructu. lib. XVII. cap. XXVIII.
Cucurbitiferæ arboris cum foliis & fructu. ibid.
Resiniferæ arboris in Tabago Insula. ibid.
Foliorum & fructuum Icon è Tabago. ibid.
Cassia Silvestris ramuli & fructus. ibid.
Aloes cujusdam cum caule & fructibus. ibid.

DESCRIPTIO.

